



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

5 de Personarum priuatam vitam age[n]tium generibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

4 in cap. 9. de iure civili. nu. 12. lib. de iuris arte. ¶ Romulus ꝑ permisit
 tria populo: Magistratus create: ius belli inferendi: & consili-
 um dare, & consilium dicere, iusque legis faciendæ. Dionys. Ha-
 licar. in 2. Et in lege 12. tabularum cautum ita erat, Cicero. 3. de le-
 gib. Creatio magistratuum iudicia populi, iussa verita cum seisciten-
 tar. optimatibus vota plebi libera sentio. Pulvis tamen regibus popu-
 lus omnem potestatem sibi usurpavit, eamque per certa tempora,
 & circumscripte exercendam optimatibus, consulibus, senatui,
 & aliis magistratibus, & ducibus concessit. Postea rursus trans-
 tulit in principem. hac omnia in tota l. 2. de orig. imp. P. ¶ Democra-
 tia ꝑ definitur daobus extremis, potestate summa populi, ac liber-
 rare. Et libertas illa, ut liberum sit quodcumque velis æquum face-
 re, ut scribit Aristoteles, 5. Politic. cap. 9. Finis popularis admini-
 strationis, libertas: quæ consistit, ut per vices imperent ac pareant,
 & iustam populare æquum habeant secundum numerum, non
 secundum dignitatem: Et accidit, ut quicquid multitudo statu-
 erit, id ratum iustumve necessario dicatur, hoc & Plura, de hac de-
 mocratia, & membris eius Politic. Aristot. lib. 6. c. 2. & sequentibus.

6 ¶ Democrazia ꝑ populi respública dicitur, quæ eo diuturnior fuit,
 quo magis leges conservavit, & duxit optimas, ut de democratia
 Atheniensium ait Pausanias. In democratia cõmunicatio digni-
 tatum per vices, videtur quandam continere naturalem guber-
 nationem, quale de gruibus scribit Athalaticus rex Gothorum.

7 Græci ꝑ inquit, moralem quandam noverrunt exercere concordiam:
 inter quas nulla priuata queritur, quia iniquitatis ambitus non ha-
 betur: vigilant vicissim, communis cautela sese custodiunt. Sic honor
 nullus admittitur, dum omnia sub communiõne seruantur. His etiam
 volens vicaria aequalitate disponitur, vltima sit prima, & qui prima-
 tum tenuit, esse posterior non excusat, & c. voluntarie seruiendo, libere
 sunt. Cassiodor. lib. 9. Variarum c. 2. in edicto. contra curiales.

De Magistratibus in genere. Cap. 4.

- 1 Magistratum potestas unde & nomen.
 Magister populi dictator eod.
- 2 Magistratum diuisio remissive.
- 3 Magistratus in quorum locum iussit.
- 4 Magistratum publica persona, & potestas.
- 5 Iudicia in portis civitatum fiebant.

1 A potestate olim populi, ꝑ Imperatoria vel regia nunc, pen-
 det magistratus eorumque potestas, l. ad legem lul. de ambi.
 Antea non ita, quando omnia manu regia fiebant, l. 2. in pri. de o-
 rig. iur. & per se reges iudicarent, quando ut iudicarent reges eli-
 gebantur: ut Deioeces a Medis, Herodot. in 1. & Saul ab Israelitico
 populo. l. Reg. cap. 8. electi sunt. Et id nomen expressit: quia apud
 Paulum, quibus præcipua, 57. de verbor. & rer. signific. magistros &
 magistratus dici constat, qui magis quam ceteri diligentiam & foli-
 citudinem rebus, quibus præstant, debent, & a non oendo & mō-
 strando. Tum autem dici ceptus magistratus, cum a populo ma-
 gister populi, id est, dictator creatus est, ut auctor Pomponius La-
 tus, lib. de Magistrat. Sicut & magistrum populi, dictatorem esse
 explicat Cicero, 1. de finib. Et Varro, lib. 4. ling. Latina. Magister e-
 quitum, quod summa potestas huius in equites, & accensos, ut est sum-
 ma populi dictator, a quo is quoque, magister populi appellatus. Reliqui,
 quod minores quam hi magistri, magistratus: ut ab albo, albatu. Et
 vox magistratus significat eos, qui in potestate aliqua sunt consti-
 tuti, ut Cicero ait, 3. de legib. videtur igitur hanc esse magistratus vim
 ut præsit, præscribatque recta & vitia, & coniuncta cum legibus. Vt e-
 nim magistratibus leges, ita populo præstant magistratus: vereque dici
 potest magistratum esse, legem loquentem: legem autem esse mi-
 um magistratum. Aliquando etiam magistratus, pro potestate ipsa seu
 2 officio accipitur. ¶ Distinctiones ꝑ porro magistratum hic non
 ponemus, nec alia, quæ ad singulorum pertinet auctoritatem, &
 iurisdictionem, vel potestatem: quia de his in perfecta iudicio-
 rum enucleatione, cum de personis sermo fiet, agetur. Et iam sa-
 tis arbitror me dixisse, in præludiis optimi Iulii consulti, lib. 2. præ-
 ludiorum, c. 31. 32. 33. 34. ¶ Interim ꝑ sciendum magistratus proprie
 fuisse eos esse in locum populi, & principis, vel aliorum, qui per se
 3 potestatem quam habent, vel exercere nolunt, vel non possunt:
 non enim omnia per nos ipsos exsequi possumus, semper & ubi-
 que. Et proinde magistratibus opus fuit, qui consiliis suis, atque
 specie ipsa, dignitatem reipub. sustinerent, Cicero, Dial. 2. de legib.
 in fine & principio. 3. lib. eamque, ut ait Iustinianus quoque, si-
 4 bi eam missam per partes gubernarent, Justin. in §. final. in pro-
 missio Iulianus. ¶ Sicuti ꝑ enim principes, sic & isti vicarii eorum, pu-

blicam curam suscipiunt, nomine principum, non suo, unde &
 publicæ personæ dicuntur, §. penult. de Autilian. tutor. Et princi-
 pes civitatis a Modestino, in l. Spadonem, §. si civitatis princeps, de
 excusat. iur. Et auctoritatem principis, ut olim populi, referunt,
 l. de offic. præf. prætor. in P. l. ad leg. lul. de Annona. Iusque pub-
 licum & in sacerdotibus, sic in magistratibus, quod ad statum rei
 Romanæ, id est, reipub. pertineant, l. 1. §. publicum, de Justit. & iur.
 in P. §. huius studii, eod. tit. l. apud Iustinian. Sicuti etiam principes
 legum publicarum habent potestatem, l. leges ut generales, & l. le-
 ges sacratissime, C. de legibus. sic & istis legum concesserunt execu-
 tionem & conservationem, l. iniuriarum actio, §. 1. de iniur. in P. l.
 3. §. sed vim, de eo quod met. cau. 9. Unde & pro anima legibus sunt
 magistratus: alioquin enim parum est iura in civitate esse, nisi
 sint, qui ad effectum ea deducant, l. 2. §. post originem, de orig. iuris.
 Idcirco horum potestas siue iurisdictione, dicitur de publico intro-
 ducta, cum necessitate iuris dicendi, Interpreta. post gloss. in l. 1. de
 iurisdic. omnium iud. P. cum imperio sepe, l. potestatis verbo, de
 verbor. signific. l. imperium, de iurisdic. omnium iud. in P. & cum
 maiestate Imperii, in l. penult. de Justitia & iur. & c.

¶ Omnibusque ꝑ horum copia patere debet, l. observandum, §
 de offic. præf. & ideò Deus iussit Mosi, Deutero. cap. 16. in portis civi-
 tatum fieri iudicia, sic dicens: Iudices & magistratus constitues in o-
 mnibus portis tuis, quas dominus dederit per singulas tribus tuas, ut
 iudicent in isto iudicio, nec in alteram partem declinant. Et Amos pro-
 pheta, §. cap. odite malum, dilige bonum, & constitue in porta iu-
 dicium, si forte miser eatur dominus. Et igitur, inquit Cicero, 1. Of-
 ficior. proprium munus magistratus intelligere se gerere personam ci-
 vitatis, debereque eius dignitatem & decus sustinere, servare leges, &
 iura describere, & fidei suæ commissa meminisse. Diximus iam alibi
 de iudicio, & magistratum decore, & quæ in illis requirantur
 in morum gravitate, religione, & sapientia. Et idcirco abstinere a
 tractatione, & sufficere indicasse, ubi ea explicaverimus, dixi lib. 2.
 præludiorum. c. 35. 36. 37. 38.

De Personarum priuatam vitam agentium ge-
neribus. Cap. 5.

- 1 Civitatum diuidentiarum primus inuentor, & in quas partes di-
 usit.
 Hippodamas Euryphontis Milesius eod.
 Civitatis optima quot hominum genera adesse debent.
- 2 Indorum multitudinis distinctio in quot species hominum.
 Sapientium apud Indos munus eod.
 Agricoliarum securitas apud Indos.
 Pastorum habitatio apud Indos extra vrbes, & oppida eod.
 Milites Indorum quales eod.
- 3 Episcopi Indorum qui, & munus.
- 4 Personarum consideratio priuatarum, & earum qualitatium in
 iure.
- 5 Personarum diuisio in iure secundum scientiam, & artificium.
- 6 Personæ scientiæ saltina.

Hippodamas Euryphontis ꝑ Milesius, diuisionem civitatum
 1 primus inuenit, & primº aggressus est aliquid dicere de opti-
 mo civitatis statu. Constituit civitatem multitudinem decem mil-
 lium, in tres diuisam partes. Faciebat vnam partem artifices, alte-
 ram agricolas, tertiam propulatores belli atque arma tenentes,
 Aristoteles lib. 2. Polit. c. 6. ¶ Apud ꝑ Indos septem potissimum ge-
 2 nera hominum, ex Arriano, lib. rer. Indicarum & Strabone. Pri-
 mum locum sophista habebant, seu sapientes, quibus nulla ope-
 ris necessitas imposita, quam ut suis diis pro salute communi sa-
 crificia facerent: diuinarent de temporibus anni, aut si quæ pu-
 blica calamitas immineret. Secundum genus erat agricolarum,
 qui neque bella curant, nec arma habent, nec tempore belli in-
 festantur etiam ab inimicis. Tertium eorum, qui ἐπιμετῆς, ἐπιμετῆς
 τε καὶ βυβλῶν καὶ ἄλλοι ἄτε κατὰ πόλιν ἢ τε ἐν τῆσὶ κώμησιν οἰκῶσι, νομῆ-
 δες τε εἶσι. & c. id est, sunt pastores, armentarii, bubulci. Est illi ne-
 que vrbes, neque pagos inhabitant: sed in montibus degunt, &
 tributum ex armentis & pecore pendunt, auesque & agrestes fe-
 ras venantur. Quartum genus, τὸ δημηγερικὸν τε καὶ καπηλικὸν γένος,
 id est, opificum & negotiatorum genus, qui ex artificibus tribu-
 ta persoluebant. Quo genere etiam & nautæ continentur. Quin-
 tum genus eorum, qui πολέμιοι εἰσὶ, id est, milites dicuntur, qui solum
 bellis deseruiebant.

¶ Sextum ꝑ genus faciebant, οἱ ἐπισκοποὶ καλεῖσθαι, episcopi di-
 3 ci, αὐτοὶ ἐφοροῦσι τὰ γένεσθαι, καὶ ἄτε τὴν χερσίν, κατὰ τὰς πόλεις, καὶ παύ-
 Gg 2

τα ἀναγγέλλουσι τῶ βασιλεῖ, ἢ τῶ βασιλευσίν, ἢ τοῖς τέλει ἢ τῶ ἀνίστορι εἶσι, id est, quid in vrbes, quid in agris agatur, inquirat, eaque regibus, si per reges gubernentur: aut magistratibus, si liberae sint ciuitates, denuntiant. Septimum genus, est hominum Indicorum, eorum qui de rebus ad publicum pertinentibus consultant: idque vel cum rege, vel per vrbes, quae liberae imperium tenent. ¶ In iure considerabimus quoque istas personarum distinctiones, propter diuersarum privilegia, & naturam. Itaque Indorum sequuti partitionem, de sapientibus siue philosophis erit prima personarum notio, & de his, qui eo tendunt, per gradus: de omnibus enim agit Iuriconsultus, qui scientiam aliquam vel artem profitentur. Sed vna diuisio e generalis, omnium harum personarum nomenclaturas complectemur, vt memoriz tenacius, quae proxime explicanda sunt iurareant.

¶ Igitur ratione scientiae & cognitionis, diuidimus personas: in eas quae habent cognitionem aut scientiam, vel in usum, seu intellectualem, vel speculatiuam, vel practicum. In usum habent prophetae, & diuini. Speculatiuarum scientiarum scilicet, vel habent realium, vel rationalium cognitionem. Qui realium habent scientiam, dicuntur vel mathematici, vel physici, vel metaphysici. Mathematici in quatuor sunt differentias, nempe arithmetici, geometrae, musici, astrologi, vel astronomi. Speculatiuarum rationalium personae, sunt grammatici, dialectici, rhetores, poetae, historiographi, Iuriconsulti. Practicae scientiae participes in actiua sunt, qui gerunt honores & munera ciuilia, illi qui oeconomia dicuntur. Et qui mores regunt, inspicunt, & corrigunt, censors: quorum nomenclaturae variae sunt. De honoribus & censoribus, vt de aliis magistratibus Deo fauente, in iudiciorum personis agetur. De munerum administrationibus paulo infra.

¶ Ad practicum scientiam seu factiuam pertinent milites, de quibus in re militari. Artifices, agricolae, pastores, armentarii, bubulci, feniarii, de quibus mox venatores, piscatores, aucupes, de quibus diximus alibi, dum agimus de extrinsecis criminibus, de venatione. Nautae, negotiatores, popolae, mercatores, inflatoresque, &c. de his tractabitur Deo volente, in contract. emtionis & venditionis, & de nundinis, & de lege Rhodia in quasi contractibus, de exercitoria actione, & de instituta. Fabrilium, ferrarii, metallarii, monetarii, architecti, figuli, aurifices. Medici, chirurgi, obstetrices, iatralaplici. Mechanici, pictores, baphtici, sculptores, celatores, statuarii, plastici, scribae, pistores & huiusmodi, fuliones, textores, factores, &c. Item milites, qui in multiplici differentia.

De Prophetis & Diuinis. Cap. 6.

- 1 Sophista Indis vates.
- 2 Sophista olim philosophi dicebantur.
- 3 Prophetia nomen quid significet.
- 4 Prophetae boni, & mali.
- 5 Prophetae quando cessarunt in populo Israelitico, eod.
- 6 Prophetarum mali & impii homines vere.
- 7 Sibyllinae oracula cuius sint.
- 8 Sibylla mortua adhuc diuinat in foribus.
- 9 Sibylla credidit eod.
- 10 Sibyllarum numerus.
- 11 Sibyllarum librorum combustorum historia eod.
- 12 Sibylla nomen quid significet, eod.
- 13 Sibyllini libri Romae custoditi, & consulti publice, & quando.
- 14 Sibyllinis libris Christiani fidem non adhibebant.
- 15 Lactantius Proculus praedixit cum vita sua discrimine diem mortis Domitiani.
- 16 Domitiani tyranni mors praenisa, & lanatus a canibus, eod.
- 17 Apollonis Tyanae visio in morte Domitiani.
- 18 Antonini Caracalla imperis praedictio.
- 19 Vates, & diuini genitium excimii, 12. 13. 14.
- 20 Oenone vates.
- 21 Helena vates, eod.
- 22 Cassandra vates, eod.
- 23 Chalcas vates, eod.
- 24 Diuinationis & prophetiae differentia.

Sophista, id est, sapientes apud Indos dicebantur, qui futura vaticinabantur, quae ad reipublicae utilitatem pertinebant, vt diximus ex Atrio, lib. rerum Indica. Et vt Terentius ait, in A. delphis. Illuc est sapere, non quod ante pedes modo est, videre, sed et

iam illa, quae futura sunt, prospicere. ¶ Et Sophista dicitur olim, qui postea phil. Sophi: rerum eorum consideratione attentior, rebus futuris, prospiciebant. Verum ista cautio futurorum, ex causis naturalibus facta, proprie non pertinet ad professionem, vel diuinationem: sed ad prudentiam, & astrologiam. ¶ P. Ophetae nomen, sumto late vocabulo, & eum qui futura praedicit, can. si qua. libet, §. Abraam, 22. q. 2. & eum qui sacra scripturarum diuinarum mysteria interpretatur abdita, continet, can. si rector, 43. dist. Exod. 7. ibi, Aaron erit propheta. Genus prophetiae vniuersum tripliciter diuiditur, in futurum, praesens, & praeteritum. Et Moyses est propheta dum narrat de creatione Adami, & de temporibus repetitis ab origine. Tum etiam propheta est eius, quod est occultum inuentu: vt dum D. Petrus furum Ananiam & Saphiram detexit. Sed magis proprie propheta, quae euentura longe pronuntiat, D. Chrysofomus, in 2. praemio in Psalms tom. 1. ¶ Prophetarum alii boni, & prophetae illorum vera: alii mali, & prophetae vera: alii pseudoprophetae, & prophetae vel usurpata diuinatione, falsa. Veri prophetae, sunt & boni a Deo, ad id munus electi, qualis Elias, Heliseus, Enoch, Elias, Zacharias, Hieremias & alii similes, qui omni tempore fere fuerunt in populo Deo, vt; ad Aggeum, Zachariam, & Malachiam, quibus mortuis cessauit propheta in Israhel, anno a creatione mundi 3404. vt scribunt Hebraei in suis Chronici, in lib. sepher golam Zutha. ¶ Prophetarum etiam homines, quamuis improbi essent, & habet aliqui mali spiritum prophetae sed non ad meritum, aliis non sibi viles, vt in iudicio exiit, ro eloquio, dum deus dicit non nosse eos omnes, qui dicunt se prophetae in nomine eius, & a se reuocet, vt operantur iniquitates. Mat. 7. c. 7. ¶ Prophetarum Balaam, quamuis impiissimus. Numer. 22. & Saul persecutor prophetae, 1. Reg. 19. & 18. & Capphas prophetauit, cum esset parricidius, quod expediebat vnum hominem morti populo, ne tota gens periret, D. Ioan. euang. 8. ¶ Et plures alii, quorum ore spiritus sanctus, vt in scripturis, vsus est. Et in prophetia, donum gratiae est, & hoc fuse explicat D. Chryso. homil. 25. in Mat. ¶ Annuntiamus etiam plures vates veridicos inter gentes, non suo quidem merito, sed ad eorum malitiam ad huc proprio ore conuincendam. Sunt Sibyllinae oracula veridica, si tamen ea non sint alius cuius mulieris, quae Deum non noverit, admiranda. Opinor enim Erythraeam saltem eam, cuius nobis in his oraculis fragmenta & responsa, Deum verum nouisse: Etenim in eius oraculis legitur, eam se profiteri uxorem vnius filiorum Neach, iactatamque vendit in arcem, vt quae intra esset vna cum leuibus & glossis. vide in Sibylliacis oraculis excussis Graece & Latine ex versione Castalonis lib. 1. pag. 61. & lib. 3. in fine pag. 153. Atque de Dei iussu, oracula iteris mandasse testatur, his verbis, lib. 1. Sibyllinarum oraculor. pag. 50.

— παντα γὰρ ἴδεν
ἀθάνατος ὁ σῶτης, παντοκράτωρ ὁ θεὸς ἡμῶν ἰδὼν
ἀγγέλλον ἡμῖν ἡμᾶ μὴ φοβῆναι ἐξ ἀπολλῆσθαι.
Id est, omnia enim scit
Immortalis saluator, qui omnia obseruat, qui que me iussit
Annunciare vobis, ne mentibus pereatis.

¶ Aiuat, vt scribit Clemens Alexandrinus, lib. 1. Stromaton. Delphis in curia ostendi petram quandam, supra quam dicitur sedisse prima Sibylla, quae Helicon e venerat, educata a Musis, cum esset filia Lamiae Sidoniae. Sidonius autem dicit in versibus, ne mortua quidem a diuinandi arte cessasse Sibyllam, & id quidem, quod ex ea in aerem recessit post obitum id esse, quod in fortibus diuinat & auguriis. ¶ Ex quo autem quod mutatum est in terram corpore, exortam vt consentaneum est herbam, quam, cum eam bestia, quae in eo loco essent comedisent, scribit perfectam futuri cognitionem per exta hominibus significasse: eius autem animam existimat esse faciem, quae apparet in Luna.

¶ De numero Sibyllarum, non est quod post tot aliorum labores repleam chartas: illorum etenim opera prostant petrita, colligit de his multa Vius in commenta. ad c. 23. lib. 18. de ciuitate Dei Augustini. Onuphrius, lib. de Sibyllis & Sibyllarum oraculis. Lactantius, ex Varrone lib. 1. contra gentes c. Suidas & alii. Ferunt ad Tarquinium Priscum, vel vt alii volunt, Tarquinium Superbum vnam Sibyllarum, oraculorum libros detulisse secundum aliquos nomen, secundum alios tres, & pro eis trecentes Philippaeos postulasse, regemque aspernatum pretii magnitudinem, & mulieris insania derisisse: illam autem conspectu regis tres ex noue, vel secundum alios vnum ex tribus, combustisse, ac pro reliquis idem pretium postulasse, Tarquinium multo magis insatire putasse, eam in deno tribus aliis excussis, vel secundum alios altero, in eodem pretio perseuerasse, mo-